

GEORGII VALLAE PLACEN
TINI VIRI CLARISSIMI,
DE NATURA SIM
PLICIUM.

Simplicium naturam intueamur a præ
stantissimis proditam Medicis, quam
eorum mentibus diffudit, qui cuncta
condidit suo nutu. Colligendam ergo du
cimus, si prius tamē pauca ad eorum unis
uersam cognitionem cōmonefecerimus,
quo sub manū cuncta etiam quæ nō me
morabūtur, (qui possunt referri cuncta?)
ueniant, procliuiusq; nobis innotescant.

IN VNIVERSVM DE
differentijs Simplicium.

Sciendum itaq; differentias singulatum
suas effectuum esse in uno quoq; me
dicamine. Certum quidē certe habent *Gradus*
simplicia limitem omnia, calidæ, uel frigidæ, uel aridæ, uel humidæ qualitatis, uel *ἰσχυρῶν*
partium tenuitatis, uel crassitudinis. Verū
quousq; in quouis ipsorum sit proceden
dum, neq; dici, neq; sciri a quoquā potest.
Tentauerunt autem Insignes doctrina me
dici terminis quibusdā concludere certis,

*Rgōsis .
Cōplexio .*

qui satis uisi sunt in huius artis usum posse
peruenire, unum quidem genus docuere,
quod in simile nostris corporibus transit
temperamentum, ut uero nunc fere loqui-
mur complexionem, in ipso siquidem cor-
pore humano caliditatis quoddam princi-
pium est immutationem, atq; qualitatis
ab alienationem, quam alterationem nūc
omnes nominant. Alterum autem genus
fecere calidius, quod, quam maxime uix
ferre possimus. Huius nimirum totius ca-
liditatis quatuor ordines, quos gradus uo-
camus, instituire, ut primus sensu uix om-
nino percipi queat, uel certe non percipi-
tur, sed considerantis tantum ratione per-
pendatur. Alter qui secundus iam sensu per-
cipiatur. Alius qui tertius iam multum ca-
lesciens, necdum tamen exurens gradus.
Post quem quartus ac ultimus uim habet
exurendi. Ita porro etiam refrigerantium
ordo est, ut primus refrigerandi indicatio-
nem non admittat, Secundus iam frigefas-
cere sentiatur, inde tertius, postremo quar-
tus, qui ubi terminetur, tibi liceat ignora-
re. Iuxta horum proportionem noris hu-
meata, & arida habere, utq; id procliuius
accipiatur, ponatur in primo gradu inter
Oleū rosarū refrigerantia oleū rosaceum, uel rosa ipsa.

2.
30

45

In secundo, rosæ succus . In tertio & quarto quoad frigidissimam attingerimus qualitatem, papauer, & cicuta, & mandragora, hyoscyamus. In calidis anethum in primo, in secundo ubi secunda qualitas apparebit, ita in tertio, ita in quarto, quoad tandem peruenerimus ad ea, quæ iam urunt, nedum calefaciunt. Eodem modo de humidis, aridisque dicemus medicaminibus, necnon a temperatis exorsi, ad extrema usque perueniemus, ab huiusmodi namque cognitione in arte medendi non parua comparabitur experientia. Gustum quoque exercere expedit, ratione singula animaduertente, singulasque tenere memoria succorum proprietates, ita namque de uarijs regionibus allatas in eadem specie, quæ nam sit differentia iudicare poterimus, quoniam in narratis alienis, tam ab authoribus falli, quam a mendosis possumus codicibus, nam potuerunt tum illi ita percepisse, ubi quod nobis offeratur, secus sentiamus. Ergo statim cum linguæ admouebitur multum arefaciens, & contrahens & exasperans intelligatur. Traduntur sane a ueteribus Medicis succis saporum genera esse tredecim, dulce, suaue, pingue, amarum, austerum, acre, acutum, acerbum, acidum, salsum, nam præ

*papauer. cicuta
mandragora.*

Saporum
genera

ter hæc sunt tria genera mirabilli maxime
natura, unum in quo plures pariter sentis
untur sapor, ut uinis, namq; in his et auste
rum, & acutum, & dulce, & suaue. Alteru
est genus, in quo sit & alienus quidem sa
por, sed & suus quidam & peculiaris, ut la
ctis, siquidem inest ei, quod tamē iure dici
non potest, dulce, & pingue, & suaue. obti
nente uim lenitate, quæ ipsa succedit in sa
poris uicē, nullus hic aquis ne succus quid
dem, ut tamen eo ipso fiat aliquis, ac suum
faciat genus. Sentiri siquidem aquæ per se
saporem ullū, succumue, uitium putatur,
magnum his omnibus in odore momen
tum, & magna cognatio, qui & ipse aquis
nullus, aut si sentitur, uitium sit, ut tria uis
deantur præcipua elementa, sine sapore, si
ne odore, sine succo, aqua, aer, ignis. Ideo
non iniuria sunt quam terra magis simpli
cia minus inquā remixta, quemadmodū
igitur pira agrestia, & pruna, quæ spini fer
runt arbusto, non arbore nascuntur, aori &
græcis dicta, & corna, & id genus alia, quæ
omnia acria sunt, in quibus intensa quedā
est austeritas. Quæ uero inter attingendū
linguam ipsam neuiquam astringunt ac
contrahunt, sicut acerba, alium saporē ha
bent. Quæ uero abradētia abstergētiaq;

nuncta, salta dicuntur. At quæ his adhuc
magis corrugant, amara nominantur. Ve-
rum lancinantia abrodentiaq; cum calidi-
tate uæhementi acuta, sed quæ citra calidi-
tatem ullã uellicant acida, quæ porro sub-
linunt, & quasi replent, linguæq; partes ab-
rosas miuigant cum euidenti attingendo
uoluptate, dulcia nominantur, ut quæ nõ
euidenter ac perspicuam non ingerunt
uoluptatem, pinguia nũcupantur. Quod
si acuta uelis manifesto depræhendere, po-
teris profecto allijs, porris, cepisq;, & id ge-
nus alijs mansis nosse, ut ea teneas memo-
ria, ut acerbitatẽ ex uua præmatura, eiusq;
succo omphacio, ita ex præmaturis pomis,
amaritudinem ex bile, dulcedinem ex mel-
le uel saccharo, ut qualitatis expers aqua
putilatissima uidetur, sicut iam dictum est.
Sunt quæ inter hæc medium quoddã tes-
nent, humida, quæ aquea nullum negoti-
um est nosse, quæ arida terrestria, alia non
terrestria modo, sed etiam aquea sunt, alia
non parum aeris continent, hæc tenacia
glutinosaq;, & ob hoc emplastica dici so-
lent. Emplastorum autem medicami-
num natura duplex, una terrestris, & arida
prorsus, altera in totum glutinosa, e terra
aquaq; cõstans multa, nec nõ aere, ut dulce

Emplasti-
corũ me-
dicaminũ
natura, b̄
sida.

oleū, oui albumen, sed magis terrestre oleum, & lactis concretio, emplasticum est, ut suis pinguedo, uelut axungia, adeps, tauri autem & hirci adeps acuta, magisq; terrestris quam suum, anseris autem & galli est quidem calidior, & aridior quam suum, sed partium tenuium, & neuiquam terrestris. Pinguedines itaq; quæ acumen habent nullum, emplasticæ sunt, meatusq; habent magis aridæ sunt & terrestres. Huiusmodi autē sunt, ut subacta ablutaq; admodum cæra, & perinde huiusmodi sunt emplastica medicamina. Quæ uero acerba terrestria crassarumq; partium, qualitate frigida, acida, porro tenuium partium, frigida similiter acerbescunt, quæ succis inferuntur terrestres habentia partes colliquescentia. Hæc etiam astringentia et arefacientia sunt, faciliora sensibilibus lingue partibus. Quæ cum sint asperiora, apparent acria, at minus aspera, austeriora. Recte frigidū huiusmodi succorum dicimus temperamentum, uerum cum inæqualiter arefacit, id nanq; inducit asperitatem, prorsus id terrestre fuerit, nam quod æquale aqueum corpora penetrat, & discissum denuo facile coit, nam terrestre discinditur friaturq; nec tamē acile coit. Corpus ergo acre, terrestre

& frigidum est, discutiatur autem tribus
modis necesse est, aut calefactū, aut humes-
ctum, aut utroq; modo, quod si solum ca-
lescit, solum nō erit humidius neq; mollius,
sed cum sit asperius, assequitur dulcedinē,
quemadmodum quercus glandes, præcis
pueq; castaneæ, quæ omnia si humectētur
solum si sint partium crassarum & aquosa
fuerit humiditas, fiunt austera, acerbū nāq;
dissolutum, austerum facit succum, omnis
siquidem succi potētiam aquea obtundit
humiditas, sin partium fuerit tenuium, et
aerosa humiditas accesserit, acidum efficie-
tur, quod enim tenuium partium frigidū
acidam efficit qualitatem. Sin humescat et
simul incalescat, cum aquea quidem humi-
ditate in dulcedinem delabitur, cum aero-
sa autem in pinguedinem. Arborū nanq;
fructus qui dulces nobis apparent, flacces-
cunt, acres & aridi iuxta producentis na-
turam arboris. Procedente porro tempo-
re humidiores, admittunt autē aliqua aco-
rem cum acrore, huncq; paulum remitten-
tia dulcia euadunt, fructus aliqui non in ar-
boribus, sed decerpti cum tempore ipso
dulcedinem admittunt. Alij porro nō mo-
do ab acore, sed ab acrore in dulcedinem
deveniūt, sicut fructus oliuę, bacceꝝ inquam

**Calor a
natura ge
minus.**

ipsæ. Calore autē omnes concoquuntur,
qui a natura duplex, unus quidem suus ip
sorum & cuiuslibet a naturali principio insi
sus, alter autem extrinsecus adueniens a so
le, at si primo sint acriores, macerantur ac
dulcescunt, ex caliditate namq; ipsis est dul
cedo, ex frigiditate, acor & acror est, id
quod ex fructibus nobis licet arborum
nosse, qui primo acres, postea uero dulces
euadunt, alij autem acidi, alij austeri, alij
perpetuo acres durant, alij pinguescunt, ac
iuxta dictarum qualitatū mixtiones omni
sariam subeūt uarietatem, acres perpetuo
manent fructus ipsius quercus, arbuti, &
corni, ita quidam alij, quoniam & frigidi
& aridi sunt, ac permanent ut primo fuere
præter augmentum nullam aliam subeun
tia qualitatis mutationem, acer autem si
mulq; dulcis myrti, & piri siluestris, auster
rus solum est uitium aminæarum fructus
& uinum, & huiusmodi austerus simul &
dulcis mali punici fructus, pinguis simul
fructus & succus oliuæ est, unde oleum.
Si quis fructus cito frigescit, cito quoq; a
cescit. Illud manifestum quod imperfectū
& frigidum acescit, perfectum, & calidum
acidum non est, sed dulce, quare cum uinū
frigescit, acescit quoq; aceto quidem adue

nis ex labefactio calore acor. At omphactis
uuae inquam praematurae succus quod ca-
liditatem non habeat acquisiticia ob hoc
ne quidem aceti acorem habet, & perinde
magis tenuium est partium accium, quam
omphacium, quod sensus ipse testatur. Ve-
rum aceti acor non satis est superare frigiditatem
in celeremque se penetratum suggerit, quanto enim
calidum frigidum est magis patulum meatibus,
tanto etiam aceti humor penetrat expeditius
sensilium corporum meatus. Quare uis acuta utpote
uiam praecipue occupans praebet, frigida uero non
longe consequitur, & sensu haud facile dixeris
mixtum acorem frigidum concedere. Sentimus
namque in ipso accessu acoris. At frigiditas
acorem consecuta, pacat et extinguit statim
acorem. Ideo multo plus ex frigiditate sensus,
quam ex caliditate. Nam per aestatem bibendo
nonnulli oxycratum, manifesto refrigerantur,
sicutque sedant, quando quidem sitis fit
duobus modis, uno qui de humoris inopia,
altero autem caliditatis affluentia, ex ariditate
factae non succurrit, sed ei, quae ex caliditate.
Humectare siquidem per se acetum non potest,
at refrigerat non incommode. Itaque neque
in arida distemperantia siti, neque in calida & arida

Sitis un-
de profi-
ciscitur.

da potest unquam sumptum mederi acetum. Quod si in idem concurrunt humiditas caliditati, tum demum medicamen bonum acetum est, alioqui in febris, quæ causi dicuntur sitientibus, inq; alijs ardoribus omnibus, & æstu uæhementi, compositum medicamen ex aqua & aceto præbetur. Neq; enim acetum incommode frigidum est, & per tenues facile subit partes. Aqua porro ad refrigerandum idonea, omnium lōge humidissima, melior aceto ardentibus est hypochondrijs. Omphacium extrinsecus appositum, quod nullum habeat uiolentum percussorium habitū, neq; ammixtum lancinans acumen iuuat, omphacium ergo non acidum modo est, sed etiam acre, nam ut dictum est, omnes propemodum arborum fructus circa ortum accrescunt, uerum non modo acidū frigidum est, sed etiam acre & austerum. Ac si quis gustet mala cydonia, aut myrti aut mespillorum, manifesto nouerit alium ab acidis nobis in lingua gigni sensum, alium ab acris, uel austeris, nam acris obtrudere introrsus uidentur, quam attingunt partem undiq; æqualiter, tanquam pellant, cogātq; austeris introrsum meare, uidentur asperum quædam & inæqualem

sensum inducere. Sane utcumq; ista varietas est, cuncta tamen nutrientia cognata, ac peculiaria sunt uniuersis nutritorum essentijs. Proin ob hoc eduliorum, medicaminumq;, non una hominibus omnibus conuenit species, quilibet enim suo oblectatur iuuaturq;. Hæc cum ita habeant, quod minus dulce edulium, id minus calidum, quod magis dulce, magis quoq; calidum quo dulcius. Quod si ad immoderatam peruenerit caliditatem, non iam huiusmodi dulce, sed amarum uidebitur, sicut mel inueterescens, & magis coctum, ita quiduis aliud dulce. Omne autem amarum infringere, & secare glutinosos & crassos succos potest, ut cinis & nitrum. Quod autem aridus succus amarescat temperamento, nec non terrestris minus omnibus contabescit amarior, nec lumbricos, aliudue animal gignit quemadmodum in herbis & fructibus arborum tabescentibus est uidere. In humidis certe corporibus plurimi nascuntur uermes, amara inquam ego in quibus alia ulla qualitas non sentitur. Sicut ergo proprie dulce nutrit, absolute amarum non nutrit. Ita quod medium tenet locum nutrit, sed minus, quam dulce, proxime ad amaritudinem succus accedit salus, ambo

**Mare
mortuū**

namque terrestres, & calidi, differunt tamen
inter se, & perinde stagnum, quod accolæ
mare mortuum uocant, cū amarescat eius
aqua ob solem, per æstatem magis, quam
per hyemem fertur amarescere, quā si quis
hauriat uase, et radijs solis subiiciat, adhuc
magis sentiet amarorem. Ibi neque stirps ul
la, neque gignitur animal, sed si ex proximis
fluuijs pisces immittat quispiam, moriunt
tur. In hierichonte autem fluuio, quē Ior
danem uocant proximo, piscis nullus ipsi
us audet exire hostium, ex quo si quis abs
ducat, stagnoque immittat, statim mori spes
ctatur, ob hoc mare mortuum dici perhi
bent. In uniuersum autem amaros succos
possumus definire, ut dicamus ipsos seca
re, abstergere, tenuare, eatenus calidos qua
tenus non urant, acuti succi etiā calidi sunt
ut abrodant, exurantque, ac secent cutē ap
positi forinsecus, intus corpus uexent. Ad
uersantur autem quibusdā animantibus,
quicunque immoderatam caliditatem sorti
ti solum, si densiores & terrestres fuerint.
Lethales etiam homini, ut auripigmentū
& sandaracha, & huiusmodi alia, quæ tes
nuium sunt partium semina excretiua, &
sudorem mouentia, sectiuaque sunt. Quod
de succis diximus, idem de fumis possis in
telligere

telligere, multi nanq; succorum sunt similes, ut olfactu depræhendimus, sicut allia, & cepe, quæ olfactum uellicant, quædam sensum iuuant, qui fumi binas habent species. Sunt enim bene, & male olentes, nec tamen ex odore conijcere uim temperamentum statim possumus, ut ex gustu, bene enim olentia crassarum sunt partium, sed necdum certa caliditas, atq; frigiditas, uerum quæ odorata, tenuiumq; partiū sunt, ea etiam calida. Quantum uero tenuitatis & caliditatis sit, ex odore non noueris, sed ex gustu, & perinde ex rosæ odore cunctas etiam eius haud quaquam noueris qualitates, uerum ex gustu noueris, ita ne quidē ex coloribus possis. Potest tamen fieri ut ex colore aliquatenus noris temperamentum, ut cæpe, scylæ, & uini, quo enim hæc magis alba, eo minus calida, quæ flaua, rufaq; calidiora. In quocunq; enim genere, ubi uterq; color inuenitur, rufa albis semper sunt calidiora. Deniq; quoniam medicaminū alia quidem sunt ex animalibus, uel stirpibus, uel fructibus, uel horum iura, uel succi, quædā ex metallicis capiuntur, Commodius uidemur facturi, ut primo de stirpibus dicamus, non quæcunq; in orbe terrarum (quis enim hoc audeas

B

polliceri?) sed quæ in experientiam præstantissimorum uenere Medicorū, quæque uim habent insignem, inde de metallis. Ab ipso igitur nunc Abrotano nobis sumamus initium, inde ex ordine literarum cæteras ita stirpes prosequemur.

Ἀβροτόνον
 Arabes kaisū uocat sicut
 kaisim luystr

A Brotanum calidum est, & siccū potestate in tertio ordine, uim quoque secandi ac distrahendi habet post moderata positum, gustu satis amarum. Talis succus essentiam habere terrestrem ostenditur, uerum ob uberem caliditatem tenuis efficitur. Proinde, & calefacit, & arefacit non incommode, quare cocta herba cum folijs ac floribus in oleo, dein si quis eo perungatur oleo affectus, in redeuntibus febribus frigore antequam rigor ille aduentet, minus frigebit. Interimit quoque lumbricos ipsius cōcoctio pota, perque clysterem immissa, magis quā absinthij. Pauculum acrorem habet Abrotanum, id propterea etiam stomacho malum. Dux sane species sunt Abrotani, masculina, & foemina. Fructus huius cōtritus cum aqua potus, subcurrit orthopnoæ, fracturis, uulsi-

Dios. li. 3.
 cap. 27.

opnza ? thronie unca
 o (timore suffocantibus)
 rans, si qda resto fho
 u. raris suffocant

nibus, ischiadicis, dysurijs, & lethalibus medicaminibus, & alopecijs, cū uino potus

Alopecia i rapinis mte fit sedis
 vulneribz, q feditas vulpinis
 vulneribz exhibet stitidiaz